



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Conradi Oligenii J. C. Dissertatio De Primariis Precibus
Imperialibus**

Corradini, Pietro Marcellino

Friburgi Brisgoiae, 1707

LXVII. Cur Pontificis indulta post Concordata, & Tridentini Concilii
decretum, concesserint.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63022](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63022)

148 *De primariis Precibus Imperialibus*
tificibus concessas: quod probat, Patres
Concilii Tridentini consuetudinem anti-
quam, cui inhærebant Imperiales Pre-
ces, damnasse, dum ii eas tantummodò
Preces Imperiales præservarunt, quæ ful-
citæ essent Indulto Apostolico ex jam
dictis.

LXVI
LXVII

Cur Pontifi-
ces indulta
post Concor-
data, & Tri-
dentini Con-
cilii decre-
tum, concef-
serint?

At fortasse aliquis quarat, cur Ro-
mani Pontifices post Concordata, & post
decretum Tridentini Concilii indulta pri-
mariarum Precum concesserint? Respon-
deo hanc rem satis dilucidam esse; sicuti
enim jam intelleximus, Concilii Patres
indulta tunc temporis Ferdinando, &
Maximiliano donata, præservare voluif-
se, ita & quæ in posterum concederen-
tur à Sede Apostolica, procul dubio ex
eadem ratione illibata permanferunt.
Quo verò ad Concordata jam superius
retulimus, in singulis indultis fuisse à
Romanis Præfulibus iisdem Concordatis
derogatum; quin Germaniæ Ordinarios
moluisse hæc indulta exequi, quæ hujus-
modi derogatione carerent, uti dictum
fuit num. LVII. quas derogationes Ger-
mania fieri à Romanis Pontificibus ha-
bentibus hanc potestatem passa est liben-
ter in gratiam suorum Cæsarum, & ut
eius honoris iisdem statim inauguratis tri-
bueret, quemadmodum usus rerum edo-

cuit, & probant Hermes, Chockier, & alii in superiori numero LXIII. adducti.

Alii putantes, has Preces nonnisi à Pontificia potestate pendere, sibi persuadent Imperatores Augustissimos indultum perpetuum primariarum Precum à Sede Apostolica olim obtinuisse; utque id probent, utantur exemplari diplomatis Rudolphi I., alteriusque Caroli IV., in quibus sunt illa verba: *Cum ex antiqua, & approbata à Divis Imperatoribus, & Regibus ad nos producta consuetudine;* indeque arguunt, cum Rudolphus consuetudinis approbatæ meminit, consuetudinem illam, quæ etiam ætate Rudolphi vigeat, à Sede Apostolica fuisse approbatam. Subdant etiam testimonio Speculatoris, cujus verba supra num. XIX. retulimus, satis patere Rudolphum Apostolicum diploma pro concessione Precum impetrasse à Gregorio X., quibus nugis suadere conantur Augustissimum Imperatorem novo indulto non indigere. At hos immaniter hallucinari constat, primò quia id indultum non ostenditur, & tot indulta donata pluribus Imperatoribus ab ætate Friderici III. ad auspicia Imperii gloriosæ memoriæ Leopoldi superius transcripta, hunc palmarem errorem palam faciunt; quando-

LXVIII.

Rudolphus I. nullum perpetuum indultum obtinuit à Sede Apostolica

concedi non potest & in dicitur in illis verbis